Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

pontifice maximo sine cuius auctoritate omnia irrita existimamus
leopoldo per nuncium postente confirmata sunt. Extant pon
tifices illius litterae quibus ob preclarum hoc facinus leopoldi
bonitatem ac fidem commendans. etiam beati petri filium reuere
ter ac religiose appellauit. Extat pontificale priuilegium.
quo canonibus multae concediuntur immunitates. Eugenius
etiam tertius pontifex maximus viterbij. et urbanus quartus
successor urbane. litteris apostolicis priuilegijs ac monimentis
pro confirmatis et bene gestis rebus pro leopoldi meritis post
eius obitum habuere. Ita et innocentius sextus ad referre
leopoldum ob singularissima eius in deum benemerita in nume
rum sanctorum decreuisset. et iam super ea re legatos in ger
maniam misisset. marescentibus bellis efficere quod vehe
menter optabat non potuit. vel vt verisimile sit pullulante
etiam hemica heresi coactus ab incepto desistit. Is enim pa
tria leuionensis inter maximos vtriusque iurisconsultos
aduocatus celeberrimus fuit. et cuius virtute ecclesie pa
trimonium recuperatum est medio egidio cardinali hispano.
cuius opera et ingenio quamplura facinora tempore suo
peracta fuerunt. Sed ad rem redeo. Illeze monasterium ordinis
sancti bernardi edificauit. sub titulo salutifere crucis in val
le nemorosa. duodecim a vienna lapide. in quo cum plurimi mo
nachi et ministri abunde aluntur. Instauraut et a maiori
bus suis ante conditum sed relictum monasterium vi atque hostili me
tu: procul abactis et deletis hostium viribus atque maursi
ombus. ampliori etiam fructu dotauit. Hec leopoldus
beatissime inter tot regni occupationes ad thesauri celestis
reconditoria viuens posuit. hanc sibi voluntatem delegit. hys
veris delicijs vsus est. hoc sibi ad futuram vitam iter aperuit.
et in tam laudabili beneficiendi tenore et tam preclaris mo
nimentis. Obiit anno xxxvj salutis anno orbe cessit celosque migra
uit. Post cuius obitum idem innocentius secundus ponti
fex maximus non vnis litteris paterna vt decet caritate tan
ti viri virtutem et filios honestauit. et collato eodem leopoldo
benedictionis ac absolutionis munere non exiguis laudibus
ipsius sanctitatem prosequutus est. Accessit hoc amplum testimo
nium. atque pro dignitate vicarij omnipotentis dei predecessoris
tui ad augendum leopoldi gloriam et sanctitatem. poscebant